



## **Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. I. Dispensatus super ætate quoad ordinem, an eo nondum accepto  
promoueri possit ad præbendam, cui ille est annexus?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

quirit. X. de renunc. in benefici-  
 libus omnem dispositionem depen-  
 dere à superiori: & propterea  
 etiam hoc tempus potissimum es-  
 set considerandum, quod comple-  
 ctur actus substantiam: *Tusc. in*  
*verb. retrahit quando dicatur actus*  
*conc. 399.* & sic tempus admissio-  
 nis; nisi in regula aliter esset ex-  
 pressum, quoad computum die-  
 rum: ut ex primordiali Innocen-  
 tij VIII. regula mox ostendi-  
 mus, cuius intentionem non muta-  
 tasse dicenda est aliqua interpola-  
 tio obscurior secutorum Pontifi-  
 cum. neque verò est nouum pos-  
 teriorum constitutionum sensum  
 ex prioribus elici aut firmari:  
 neque super solo resignantium  
 actu, sine superiorum interuentu,  
 aliquid decerni; *ut in d. c. admonet.*  
*& in d. c. quod in abyss.* adeoque hic  
 à solo resignantium actu in manu  
 superiorum factus dies 20. compu-  
 tari ex odio talis actus.

## De Institutionibus.

## RESPONSVM I.

*Dispensatus super aetate quo-  
 ad ordinem, an eundem  
 accepto promoueri possit  
 ad praeendam, cui  
 ille est annexus?*

**Q**uæsitum est an conferri  
 possit vacans in ecclesia  
 Cathedralis A. canonicatus, &  
 praebenda, cui annexus est ordo  
 diaconalis H. dispensato à Ponti-  
 fice, ut quando ei tantum deerunt  
 tredecim menses promoueri pos-  
 sit ad diaconatum; & nunc ea aetate  
 est, ut intra annum in vim hu-  
 iusmodi dispensationis diacona-  
 tum suscipere possit?

Non posse suaderi videtur ex c.  
 4. s. 22. *Concily Trid. in verb. nec alijs*  
*in posterum fiat prouiso, nisi ijs, qui*  
*iam aetatem, & ceteras habilitates in-*

z.  
 Pro nega  
 qua.

*tegrè habere agnoscantur: aliter irrita*  
*fit prouiso, & Clem. in ij de aet. &*  
*qualitat. ibid. innotat. c. 12. vers. ne-*  
*minem eod. Conc. Trid. aded vt &*  
*dispensatio, per quam huiusmodi*  
*qualitati derogatur, subreptitia*  
*videatur haberi à c. 5. s. 25. c. 12. c. 12.*  
*Concily. quodque dispensatio quae*  
*contra ius est strictè sit interpre-*  
*tanda. c. 1. s. fin. de sil. presby. in 6.*  
*adedque concessa ad vnum ordi-*  
*nem, non ad alium. DD. in c. fin.*  
*ibid. & Sanchez de mat. lib. 3. disp. 1.*  
 & sic concessa pro diaconatu non  
 ad subdiaconatum; & ad ordines  
 suscipiendos concessa ad canoni-  
 catus & praeendas non fit exten-  
 denda. sed omnis extensio sit pro-  
 hibita. *ut late Sanchez d. disp. 1.*

Possè autem videtur probari ex  
 d. c. 4. in verb. *teneantur in fra. canonum*  
*ordines recipere requisitos. & d. c. 12.*  
 24. d. Conc. in verb. *in Cathedralibus*  
*non inem ad canonicatum recipiam,*  
*nisi qui eo ordine sacro aut sit institutus,*  
*quem illa praebenda requirit, aut in tali*  
*aetate, ut infra tempus à iure, & ab hac*  
*sacra Synodo statutum. (soluet d. c. 4.*  
*& c. 12. s. 24.)* initiari valeat. ut  
 Concilio sufficiat habere aetate-  
 tem, qua intra annum promoueri  
 possit ad ordinem regulatum:  
 eamque aetatem requirere videretur  
 non propter se; sed propter  
 ordinem; eiusque functiones quas  
 enixè requirit d. c. 4. & propter  
 quæ ordo exigitur. si igitur ordo  
 & functiones haberi possint per  
 dispensationem; non videtur in  
 considerationem venire aetas tan-  
 quam medium ordinarium rela-  
 ta d. c. 4. & 12. cum extraordi-  
 nario medio haberi possit idem finis.  
 Neque verò dicendum est dis-  
 pensationem extendi à facilitate  
 recipiendi ordines ad praeendas:  
 sed legem communem concilia-  
 rem d. c. 4. & 12. eam interpre-  
 tationem admittere, ut in quo-  
 nis Concily obtinet, verba non  
 attendantur, sed prae his valeat  
 anima, & voluntas legis.

Quoad verò ordines; omnia il-  
 la

la disputatione, quam tractat Sanches *ubi sup. n. 26.* tanquam huc non pertinente, dicendum est dispensationem concessam in maiori Ordine; inclusam habere dispensationem in minori. *Sanches ibid. n. 35.* vt partem numerumue minorem in maiori. vt qui promoueri potest ad diaconatum quando ei tantum deerunt tredecim menses; iam tunc promoueri possit ad Subdiaconatum. quia qui concedit subsequens. permittit antecedens. & quidem illud iuris Ordine seruato: adeoque, ne aduersus titulum *de clerico per saltum promotum*, ordinetur. cum vel sola notitia minoris etatis cum promotione ad magistratum inuoluat legis relaxationem, *l. 57. vers. fin. D. de re iud.*

Quæsitum insuper est, cum d. ecclesia A. iam ante erectionem in cathedralem statutum habuerit, vt quilibet intra annum, à die primæ residentia computandum dumtaxat, debeat promoueri ad ordinem præbendæ suæ annexum; & aliud statutum; vt prædecessori cedat annus gratiæ post eius mortem: an ideo sic dispensatus capax collationis sit? quod ad primam residentiam non teneatur in anno gratiæ; quia fructus non sit habiturus: an verò statutum cesset, per d. c. 4. & c. 12. §. *neminem*, tam qua parte derogat priuilegijs, quam qua etatem requirit, vt mox aut intra annum à collatione ordinem annexum recipere debeat? & quidem quod attinet ad priuilegium, cui d. c. 4. derogatur, personale illud esse videtur, de quo ibi agitur; non ecclesiæ concessum: vt patet ex verb. *quocumque* (nota) *privilegio, exemptione, prerogatiua, generis nobilitate sint insigniti*: & plenius ex d. clem. vi §. *quam refert* & innouat *ibidem*: in d. vero §. *neminem*. qui propriè huc spectat,

non derogatur quidem priuilegijs & statutis ecclesiarum; sed decernitur vt habeant cononicatus & cathedrales ordinem sacrum annexum, quamuis antè non haberent: vt non tam quid corrigat; Quàm de nouo id statuat: quod adeoque in d. ecclesia A. obtineat. Verum stante d. secundo statuto (qua de re hic non est quæstio) cum ex facto seruetur, & prouiso obfit, datur sic prouiso impedimentum, quo minus promouetur, scilicet ad residentiam non veniat; cum fructibus gaudere non possit, ac interim non censetur pacificus: & ante possessionem pacificam non teneatur ad onera: atqui d. c. 4. & clem. vij, excipiunt iustum impedimentum.

Quoad verò etatem d. c. 4. & c. 12. vers. *neminem* se mutuo explicant: vt etas sufficiat; non vt de præsentis; sed intra annum ad ordinem promoueri possit (vt dicuntur declarasse Cardinales *apud Garciam. de benef. p. 7. c. 4. n. 25.*) illum utique utilem annum, qui functiones ordinis iuxta d. c. 4. requirit. nam cui fini exigamus intra annum quo functiones exercere non debeat?

Quoniam verò d. §. *neminem*, de cathedralibus ecclesijs loquens, collegiatis non tangit; vt neque d. c. 4. in illis foundationibus, quæ ante collationem requirunt ordinem actu susceptum, tempus in annum prolongat, aut vllatenus derogat; quin & c. 5. §. 25. *Conc. Trid.* illas firmat. alia est inquisitio de ecclesijs collegiatis: *de qua vid. resp. 21. §. de etat. & qual. præfic.*